Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



3

„ Inprincipio erat uerbũ & uerbũ erat
„ apud dm̃ & dr̃ erat uerbũ hoc erat inpyn
„ cipio apud dm̃. Haec igitur quattuor
euangelia multo ante praedicta ezechielis
quoq; uolumen ipbat. Inquo prima uisio
ita contexitur & in medio similitudo quat
tuor animalium. & uultus eorum facies
hominis. & facies leonis. & facies uituli.
& facies aquilae; prima hominis facies
matheũ significat qui quasi de homine
„ exorsus scribere. Liber generationis
„ ihũ xpi fili dauid fili abraham. Secunda
marcũ in quo uox leonis in heremo rugi
„ entis auditur. Vox clamantis in heremo
„ parate uiã dni. rectas facite semitas eius.
Tertia uituli qui euangelis tam lucã a zacha
riae sacerdote sumpsisse initiũ prae
figurat; quarta iohannẽ euangelistã
qui adsumptis pennis aquilae & ad altio
ra festinans deum bocti disputat. cete
raq; sequuntur in eundẽ sensum pficiũt.
Crura eorũ recta & pedes pedis &
quocũq; spiritus ibant & non reuerte
bantur.